Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/316401

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

19

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS ALMA,

e Pago Bergum Frisius.

DIE VI M. DECEMBRIS A. MDCCCLIII, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF,

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

In lege 7 pr. D. de transactionibus lectio Florentina *vel appellare potueris*, praeferenda est lectionï Haloandrinae *appellari potuerit*.

II.

Qui precarium habet, possidet, licet animum domini non habeat.

III.

L. 34 D. mandati cum l. 15 D. de rebus creditis, conciliari nequit.

IV.

L. 7 § 13 D. de acq. rer. dom. non obstat l. 6 § 2 D. arbor. furt. caes.

V.

L. 15 pr. D. de usufructu non obstat l. 61 D. eod.

VI.

Jus offerendi habet etiam prior creditor contra sequentes.

VII.

Curator honorarius non adjungitur marito, uxoris suae curatori.

VIII.

Venditor rei immobilis praeter dominium etiam possessionem transferre debet.

IX.

Qui usumfructum habet fundi, eum non habet in ea insula, juxta hunc fundum nata, quae etiam ex juris nostri principiis dominio accedit.

X.

Uxor quae sine auctoritate mariti contraxit, per ratihabitionem mariti non obligatur invita.

XI.

Non assentior cons. de Pinto ad art. 989 Cod. Civ. statuenti, notarium posse testamentum transmittere notario; qui suo munere fungitur ibi ubi hereditas defertur.

XII.

Debitor hereditatis, si convenitur ab herede, cui illius

obligatio in judicio familiae erciscundae adsignata est, detrahere potest quod sibi a coherede debetur.

XIII.

Non probandum quod statuit clariss. Nienhuis, Acad. Voorlez. § 31 p. 243, eum qui hic a peregrinantibus natus est civem demum fieri, inde a tempore quo huc domicilium transtulit, et minime inde a nativitate.

XIV.

Minus probanda sententia relata Bijblad a. 1848, pag. 109, eum qui mandavit alicui nominum publicorum emtionem et venditionem hujus obligationis causa carceri civili obnoxium esse, et ad probationem eum mercatorem esse sufficere declarationem *scriptam* nonnullorum mercatorum.

XV.

Minime per derelictionem creditori ex art. 321 Cod. Merc. factam, tolluntur privilegia ceterorum creditorum qui actionem contra exercitorem retinent.

XVI.

Solutio cambii sicci exigenda est in domicilio quod habebat debitor tempore contractus, et non in novo ejus domicilio, quod habet solutionis tempore.

XVII.

In casu Art. 733 al. 2 Cod. Merc. actio de jactu etiam competit mercium domino, cujus consensu merces in foris navis sunt positae.

XVIII.

Instrumentum status civilis vel agnitionis, in quo quis declarat se patrem esse infantis ex adulterio nati, non continetur, Art. 338, al. 2, Cod. Poen.

XIX.

Non probandus mihi videtur Art. 70 novissimi Cod. Poen. Batavi.

XX.

Conatus criminis bigamiae ex Cod. Poen. puniendus non est.

XXI.

Poena exsilii, ex Articulis 32 et 33 Cod. Poen. irroganda, est iniqua et principiis juris gentium contraria.

XXII.

Poena pecuniaria quam minatur Art. 339 Cod. Poen. cum rationi tum moribus, adversatur.

XXIII.

Non assentior cons. de Bruijn Kops, pag. 214, Beginselen van staathuishoudkunde, statuenti: Dit is zeker een nadeelig gevolg der staatschuld: zij bevordert den lediggang.